

SIUS
logia

[Small white label on the spine]

DISPUTATIONUM LOGICARUM
SEXTA

DE

Quinq; Categori-
arum Hypotheorijs five
Postprædicamentis,

Quam

PRÆSIDE JEHOVAH

IN ACADEMIA LIPSIENSI

sub moderamine

M. ANDREÆ BAUER
CIZENSIS.

ventilandam proponit

ANDREAS ELRICH SANGER-
HUSANUS.

ad d. 25. Octobr. horis locoq; consuetis.

LIPSIÆ

Excudebat LAURENTIUS COBER.

ANNO CHRISTI MD. C. XVII.





V I R I S

*Reverendis, Clarissimis, eximiâ pietate &
doctrinâ præstantissimis,*

Dn. IOHANNI PANDOCHEO

**S. Sanctæ Theologiæ Doctori eximio, Eccle-
siæ Sangerhusanæ Pastori & Superinten-
denti spectatissimo.**

Dn. MARTINO AUTUMNO

Pastori ad D. Ulrici vigilantissimo,

Cæterisq;

*Reverendis ejusdem Ministerij Pastoribus, &
Ministris fidelissimis.*

Nec non

Amplissimis, Prudentissimis, Consultissimisq; Viris

Dn. MARTINO ROTHIO } p. t. Consulibus
Dn. MARTINO MOGIO } regentibus,

**Ut & cæteris Consulibus & Senatoribus inclytæ
Reipub. Sangerhusanæ meritissimis,**

*Dominis Patronis ac Promotoribus suis omni
observantiâ colendis,*

**Hanc qualemcunq; suam Logicam $\sigma\upsilon\zeta\eta\tau\iota\sigma\tau\epsilon\upsilon$
submitte offert & consecrat**

A N D R E A S E L R I C H

Respondens.



Σὺν Θεῷ!

I. THEOREMA.

Postprædicamenta sunt quinque; : 1. Opposita ἀντι-
κείμενα. 2. Prius πρότερον. 3. Simul ἅμα. 4. *Quinq; Post-
prædicamenta.*
Motus κίνησις. 5. Habere ἵσχεσθαι.



Non equidem inficias imus, horum terminorum considerationem pro tanta ἀκριβείᾳ, quantam Metaphysicus sibi vindicat, heic non suscipiendam; sed illorum explicationem Philosophus, seu ἀντιγραφεὺς commentator, heic subjunxit, ut compleret prædicamenta, quoad uberiores intelligentiam eorum, quorum sæpe in categorijs facta

fuit mentio: Nam cum Philosophus in substantia mentionem fecerat contrariorum: Et in quantitate de Magno & Parvo, utpote Relatis egerat; accommodatè in Postprædicamentis de Oppositione & ejus speciebus differit: Sic in Relatione docuit Relativa simul esse naturâ: Simultati verò opponitur prioritas: itaq; de utroq; agere voluit. Actionis & Passionis categoriæ motum quendam considerant: Iccircò de Motus speciebus heic agendum fuit. Tandem habitus inter alia quoq; prædicamenta numeratus est: Ideoq; vocabuli ἵσχεσθαι Habere multiplicem significationem explicare voluit: *Obijci.* At hæc ad Topicam doctrinam sunt rejicienda? *Resp.* 1. Minime: Nam heic considerantur, non prout conclusionum argumenta suggerunt, sed prout Categoriarum intelligentiæ inserviunt. 2. Una & eadem res diversis vnius scientiæ locis considerari potest, modo & respectu variato.

*Obijci.
Resp.*

A 2

II. THE-

II. THEOREMA.

Opponitur alterum alteri quadrifariam. 1. ὡς τὰ
 πρὸς ἄ, ut relata, 2. aut ὡς τὰ ἐναντία, ut contra-
 raria, 3. aut ὡς ἕξις καὶ ἔρησις, ut habitus & priva-
 tio, 4. aut ὡς κατὰ φάσιν καὶ ἀπὸ φάσιν, ut affir-
 matio & negatio.

κ. Oppositio.

*ὁμοῦ μὲν ὀνόματι
 Oppositionis.*

- 1.
- 2.

Descriptionis.

*ἀνάδυσιν de-
 scriptionis.*

Genus.

Differentia.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

Obj.

Resp.

*Oppositio est ge-
 nus ἀφ' ἑαυτῆς.*

Oppositionis vox sumitur 1. vel laxè, pro quavis repu-
 gnantia. *Fons. l. 7. Inst. c. 36.* quo etiam modo repugnant dif-
 ferentiæ substantiales, ex aduerso diuidentes genus: Ideoq;
ἀντιδυσίμμεναι vocantur *c. 13 huius libri §. 3. 2.* vel strictè pro tali
 repugnantia, quâ vnum vni tantum simili modo repugnat.
Suar. disp. 42. sect. 1. v. g. vitium nulli alij opponitur eodem
 modo, quàm virtuti. Atq; in hoc significato, oppositio est repu-
 gnantia duorum terminorum simplicium, qui in eodem secundum idem,
 in eodem tempore circa vnâ eandemq; rem simul esse non possunt. Gene-
 ris locum tenet vox Repugnantia. Cæteris, quæ differentiæ
 vicem supp'ent, requiritur. 1. ut opposita sint termini sim-
 plices: non complexi seu enunciationes. 2. ut sint simul eo-
 dem tempore. Nam diuersis tempo:ibus potest esse ali-
 quid pulcrum & deforme. 3. ut secundum eandem par-
 tem: quia non insolens est, idem animal vnâ sui parte
 sanum, alterâ ægrum esse. 4. ut respectu ejusdem sint;
 Relata enim quatenus vel sunt in eodem subiecto, vel si sunt,
 non eiusdem tamen respectu dicuntur, non possunt opposi-
 ta esse. *Obj. At disparata rerum species sunt etiam è censu oppositorum:*
Ergò etiam huc referendæ: Resp. Non opus est: quia in Catego-
 rijs illæ ponuntur, & ex differentijs illarum d'ffensus facilè
 innotescit. *Controvertitur etiam heic, an Oppositio sit genus Univo-*
cum, an verò ἀφ' ἑαυτῆς ad hos quatuor modos? Prius volunt Simplicius,
Bonauus, Favellus l. 10. Met. 9. 11. Sed posterius statuunt, & quidem
rectè Thomas, Albertus, Caietanus: quod de oppositionis natu-
 ræ immunitate omnium maximè contradicentia *l. 10 Met.*
c. 7. post privantia & contraria: omnium verò minimè Rela-
tiva. Suar. disp. 45. sect. 1.

III. THE-

Relative op-
 positor
 docu
 Sicutim
 Relati
 Dominus & Se
 sri Dominus: Et
 eodem verba
 longitudo
 Duplex inest Re
 quatenus sint duo
 uniliter & deter
 leniam largiuntur
 quando repugna
 eodem subiecto in
 ta. Insa: si Relati
 quædam aliquo
 spectus nobis, parit
 tenetur in reliqui
 quam quædam Ca
 IV.
 Contrariè oppo
 dem genere
 one & passio
 nisi alte
 unum vox su
 in formali
 propriè p
 Non pro d
 quatuor
 quibus, in hoc lo

III. THEOREMA.

Relativè opposita sunt, quæ, quicquid sunt, oppositorum sint & esse dicantur, aut quomodo-
docunq; aliter ad ea respectum habeant.

1. Relativè opposita.

Sic enim Philosophus describit: ὅσα ἀντίκειναι ὡς τὰ πρὸς τι, αὐτοὶ ἀπερὶ ἐστὶ τῶν ἀντικειμένων, ἢ ὅπως δὴ ποτὲ πρὸς ἀλλήλα λέγεται.
Sic Dominus & Servus sibi opponuntur, quia Dominus est servi Dominus: Et servus, Domini Servus: nec possunt simul de eodem verificari respectu ejusdem. *Objcis*: Si sibi invicem largiuntur essentiam Relatum & Correlatum, utiq; non erunt opposita. *Resp.* Duplex inest Relato & Correlato respectus: Unus illis inest, quatenus sunt duo termini, quorum alter alterius essentiam constituit & determinat: atq; hoc respectu sibi invicem essentiam largiuntur: Alter, quatenus iidem termini etiam quandam repugnantiam & dissensionem includunt, ob quam eidem subjecto inesse nequeunt, & hoc respectu sunt opposita. *Instas*: Si Relativè opposita peculiarem constituunt Categorias, utiq; etiam reliqua opposita. *Resp.* Non relatorum pugna, sed respectus nobis, parit cognitionem Relationis: qualis cum non detur in reliquis oppositis, etiam illa sibi non possunt certam quandam Categorias vendicare.

Obj.

Resp.

Inst.

Resp.

IV. THEOREMA.

Contrariè opposita sunt qualitates, quæ sub eodem genere maximè distant, & mutua actione & passione ex eodem subjecto se expellunt, nisi alterum insit à natura.

2. Contrariè opposita.

Contrarij vox sumitur vel 1. laxè pro repugnantia, veluti sunt formæ substantiales & differentia genus dividentes. 2. pro oppositis, præcisè dictis. l. 5 Ethic. c. 1. l. 1. pr. An. c. 1. S. 5 3. pro præcisè pro duabus qualitatibus, inter se sub eodem genere pugnantibus, ut hoc loco. Sunt autem contraria vel Mediata, vel

1. Contrarij. 2. 3.

Duplicia Contraria.

1. *Immediata.*

Immediata. ἀμετα sunt, ὅσα τοιαῦτα ἐστὶν ἀναγκάσιον ἐν ὧς πέφυκε γίνεσθαι, ἢ ὧν καλῶνεται, δάτερον αὐτῶν, ὑπάρχειν αἰετῶς.

2. *Mediata.*

Immediata sunt, quorum alterum semper inesse necesse est ei subiecto, in quo apta nata sunt inesse, e. g. par & impar, rectum & curvum. ἑμμετα ἐστὶ, ὧν μὴ ἀναγκάσιον δάτερον ὑπάρχει

Mediata iterum duplicia:

1. *Nominata.*

Mediata sunt, quorum alterum non semper necesse est inesse subiecto, in quo apta nata sunt inesse, nisi alterum duntaxat naturā insit. Et haec iterum sunt duplicia: vel ὀνομασμένα *nominata*: vel ἀνόνομα *Innominata*. *Nominata* dicuntur, quorum medium habet nomen certum, quo exprimitur v. g. Calidum & frigidum dicuntur contraria mediata nominata, quia habent medium inter alia interiectum, quod certo nomine appellatur Tepidum. Sic album & nigrum multa habent media nominata vid. rubrum, viride, flavū. *Innominata* dicuntur, quorum medium caret certo nomine, ideoq; negatione utriusq; exprimitur, v. g. Medium, quod inter bonum & malum est, dicitur, quod neq; bonum, neq; malum est. Sic inter Iustum & iniustum Ethicè aliquando medium datur, quod neq; iustum, neq; iniustum. E. g. Lapis neq; iustus, nec iniustus est: Infans neq; iustus neq; iniustus, quia per aetatem nullum habitum sibi comparare potest: At verò si iustum & iniustum Theologicè seu spiritualiter accipias, non sunt contraria mediata: Nam in Theologia etiam Infans vel est in gratia DEI seu iustus, vel sub irā DEI seu iniustus: nec ullum datur medium, aut intermedius status.

2. *Innominata.*

V. THEOREMA.

Canones de contrariè oppositis notentur sequentes.

1. *Canon.*

1. *Canon:* Semper bono contrarium est malum: sed malum quandoq; bonum est contrarium, quandoq; malum. Sic v. g. Morbus semper contrarius est sanitati: In doctrinā virtutum verò prodigalitati tanquam excessui opponitur Liberalitas, tanquam medium; et avaritia tanquam defectus. 2. *Canon:* Non

2. *Canon.*

necesse est, si vnum contrariorum insit subiecto, alterum quoq; inesse. Sic

Sic

neceſſe eſt
par, recte
in eſſe ſub
duntaxat
nominata
medium
alidum &
ta, quia
nomine app
bent medi
dicuntur, qu
one utriusq
malum eſt
ic inter
, quod nec
nec injuſt
rem nullum
um & inju
t contraria
t in gratia
allum daru
otentur
lum: ſed
ic v. g. Mo
virtutum
beralitas
s. 2. Canon
rum quoq

Sic v. g. Homo in ſtatu integritatis fuit juſtus, & non neceſſe fuit, eum eſſe injuſtum: Sic omnibus ſanis exiſtentibus, ſanitas quidem adeſſet, non etiam morbus: Sic omnibus albis exiſtentibus, non neceſſe eſt nigredinem quoq; adeſſe. Intellegendus autem hic canon de contrarijs ſubjectis h. e. rebus iſſis, quibus contrariorum appellatio tribuitur. Alias contrariorum ea eſt conditio, ut ſint quodammodo juncta inter ſe extremitatibus, & quaſi mutuo adverſoq; ſulta niſu conſiſtunt, ut ex *Platonis Phadone Zab. l. 1. de Materia c. 7. ait. 3. Canon: Contraria non poſſunt eidem ſubjecto in eſſe ſimul in gradibus excellentibus, poſſunt autem in gradibus remiſſis. Sic v. g. Aqua ſumme calida nihil habet de frigore: At verò tepida habet aliquid de frigore, & aliquid de calore. Intelligitur hic Canon de rebus iſſis, non de ſpeciebus rerum ſeu intentionibus. Potest enim ſpecies albi & nigri eſſe ſimul & ſemel in eadem parte aëris & oculi. Zabar. de ment. human. c. 11. 4. Canon: Contraria verſantur & τὸ αὐτὸ circa idem ſubjectum vel genere vel ſpecie, non ſemper circa idem numero. E. g. Virtus & vitium occupantur circa vnum ſubjectum ſpecie ſc. hominem, non etiam ſemper circa idem numero v. g. Platonem aut Ariſtotelem. Pro faciliore huius canonis intelligentia cum *Fonſeca l. 5. Met. c. 8. q. 4. ſect. 2.* diſtingnendum eſt inter Contraria ſpecie differentia. Quaedam enim ita differunt ſpecie ſeu natura, ut non neceſſariò habeant ſpecie diverſum ſubjectum, ſed poſſint in vno ſpecie ſubjecto ſucceſſivè & alternatim in eſſe, ut: album & nigrum: Quaedam verò ita differunt, ut neceſſariò habeant ſubjectum ſpecie diverſum, nec alterum alteri in eodem ſucceſſere poſſit, ut Incorruptibile & Corruptibile: De priori loquitur Philoſophus, non poſteriori. 5. Canon: Contraria aut ſunt ſub eodem genere proximo, vel ſub contrarijs generibus proximis, vel ſunt ipſa genera. v. g. Albedo & nigredo ſunt ſub eodem genere proximo ſc. colore: Juſtitia & injuſtitia ſunt ſub contrarijs generibus proximis, virtute ſcil. & vitio: in genere autem remòto ſc. habitu conveniunt: Virtus autem & vitium, bonum & malum ſunt ipſa contraria. Hiſce & ſequens caſus. 2. Canon non poteſt addi: Contrariorum contraria ſunt cauſa, effectus, & proprietates. v. g. Virtus eſt à DEO: Vitium à Diabolo: Temperantia*

3. Canon

4. Canon

5. Canon

rāntia firmat valetudinem: Intemperantia corrumpit.

VI. THEOREMA.

3. Privativè opposita sunt, quæ ὡς ἐξίς καὶ σίρησις ὀ-
pposita.

ὀρανομεία.

1.

2.

Privationi opponitur habitus, non ut is primam qua-
litate speciem, sed ut formam indiscriminatim quamcunq;
in actu positam significet. *Damas. Dial. c. 58.* Privatio autem
non vno modo sumitur. Nam 1. γινικῶς notat quamcunq; absentiam,
ut: Mare surdum est: Calor, frigoris privatio: idq; ad omnia
Oppositorum genera accommodatur. *Scal. Ex. 65. sect. 2.*
2. Absentiam habitus debiti inesse, idq; bifariam: alia namq; priva-
tio antecedit habitum: alia eundem sequitur. *Zab. l. 1. de ma-
ter. c. 10.* Illam definit *Zabar. l. 1. de Mat. c. 7.* absentiam formæ
cum potentiâ proximâ ad eam. Et *Scal. Exerc. 5. f. 2.* vacuita-
tem formæ introducendæ. Atq; hæc est triplex *Damasceno Dial.*
c. 58. 1. ἀποβολὴ ἔξεως. 2. διαύτως. 3. τελικῆς ἐνεργείας: Media rigi-
dissima est: Tertia maximè debilis: Prima omnium maximè
hic attenditur. Ut verò aliquid de primi generis privatione
dicatur, infert illa sibi absentiam oppositi habitus: at non
quamcunq;, siquidem & negatio absentia est: Sed 1. absen-
tiam in subjecto δικτικῶ. Sic animal dicitur cæcum, non lapis,
quia hic non aptus natus est recipere visum, licet cum Virgi-
lio cæca saxa passivè pro latentibus, & ut Cicero de Orat. ex-
plicat, ab aspectus judicio remotis, appellare possis. 2. In
parte subjecti subjectiva, cui habitus naturâ insit. Sic homo dicitur
cæcus respectu oculorum, non etiam respectu manuum, pe-
dum, digitorum: quia visus primè tantum est in oculo. 3.
Certo & determinato a natura tempore: Sic canis non dicitur cæ-
cus ante septimum diem, licet non videat: quia natura illius
comparata est, ut visum ante septimum diem non recipiat.
Plin. l. 8. nat. hist. c. 40. in fine.

VII. THE-

VII. THEOREMA.

Canones de privativè oppositis, notentur se-
quentes.

1. Canon: *Habitus & privatio sunt ἐν τούτῳ τι, circa idem
subjectum.* v. g. quia animali tantum competit visus, non et-
iam nisi animali tribuitur cæcitas. 2. Canon: *Privativa Op-
positio admittit medium.* Est autem Medium duplex: aliud ἐστὶν τὸ
μετὰ τῶν ἐξέσεων, & ἀποφάνσεως (ut Scheckius & Goclenius vocant) h. e.
subjecti seu negationis extremorum; aliud τὸ μετὰ τῶν ἀφ᾽ ἑσῶν, participationis
extremorum. De medio subjecti dubium non est: Lapis v. g.
nec cæcus, nec videns est. Verum de altero medio scil. par-
ticipationis extremorum dubitatio haud levis est. Sunt enim
qui negant: sunt qui affirmant, quorum sententia verior est.
e. g. Luscus medius est inter videntem & cæcum, aliquid de
utroq; extremorum participans: Sic dispositio ad morbum
medium est inter sanitatem integram & verum morbum:
crepusculum medium est inter densas tenebras & altam lu-
cem. 3. Canon: *Privativa oppositio requirit certi temporis deter-
minationem, nec potest privatio subjecto tribui, nisi post illud tem-
pus, quo per naturam & commoditatem suam potuisset habitum re-
cipere:* Sic nemo rectè calvus dicitur, nisi eo tempore, quo
capillos habere poterat: Sic etiam non rectè dicimus eden-
tulum infantem recens natum. *Nobilis heic agitur quaestio: An
à privatione ad habitum fiat remeatio? Philosophus disertè negat,
dicens: ὅτι μὲν ἐξέσεως ἐπὶ τὴν ἐσῶν γίνεται μεταβολὴ: ὅτι δὲ τῆς ἐσῶν ἐ-
σεως, ἐπὶ τὴν ἐξέσεων ἐδύνατον.* Sed contrarium historica fides com-
probat. De Vespasiano refert *Suetonius*, quod cuidam lumi-
nibus orbato, visum; cuidam cruribus laxatis gressum resti-
tuerit: sic hirundinum recentium oculos effossos renasci, &
recuperare omnem vim cernendi scribit *Philosophus* l. 6. hist.
an. c. 5. & l. 4. de gen. anim. c. 6. Sed lis hæc facilè dirimi po-
test, si distinguatur inter privationem totalem & partialem:
Totalis (ἐντελής) seu privatio potentiae est, quæ significat distin-
ctionem formæ in organo nunquam recuperandæ v. g. cæci-
tas;

1. Canon.

2. Canon.

3. Canon.

An à privati-
one ad habitum
detur Regres-
sus?

Arist. negat.
Experientia
contrarium do-
cet.

Decisio.

Privatio du-
plex:

1. Totalis.

3. *Partialis.*

tas; atq; de hoc loquitur Philosophus: quod tamen non absolute, sed limitate, atq; adeo ita est intelligendum: a totali privatione ad habitum non datur regressus ordinarius ex causis naturalibus & ordinarijs: Nam de regressu extra ordinario & miraculoso non pius dubitat, qui scit plurimos caecos, visum recepisse, & mortuos vitam. *Partialis* (ἀτελής) seu privatio actus, est, quando δευτικὰ τίνα ἔχει δύναμιν καὶ ἀρχὴν τῶ τοιούτου πάθους l. 5. *Met. c. 2.* quando residuae in subjectis causae sunt, quae ad producendam demum formam satis esse possunt: ut sunt tenebrae nocturnae, a quibus manè datur regressus ad lucem: Item somnus, a quo naturalis regressus ad vigiliam.

VIII. THEOREMA.

4. *Contradictorie opposita.*

Contradictorie opposita sunt Ens non Ens.

Contradictoria distinguuntur.
1. a contrarijs.

2. a privative oppositis.

3. a relative oppositis.

Contradictio duplex:

1. *Expressa.*

2. *Implicita.*

Intelliguntur heic non λόγοι seu *enunciationes*: sed ἀφ᾽ ἁπλῶν seu *termini simplices*, qui opponuntur ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις, ut affirmatio & negatio v. g. Homo, non homo: Animal, non animal. De his sequens est Canon: *Inter duo contradictoria non datur medium.* Atq; sic distinguuntur contradictoria a ceteris oppositis. Nam inter contraria, calidum & frigidum, datur medium subjecti scilicet Spiritus, qui neq; calidus, nec frigidus est: Datur idem medium participationis extremorum scilicet tepidum, quod partim de frigore, partim de calore participat: *Inter privative opposita*, videns & caecum, datur medium subjecti, & medium participationis extremorum scilicet luscus: *Inter relative opposita*, patrem & filium, datur medium subjecti, scilicet aurum, quod neq; pater, neq; filius est. Sed inter contradictoria nullum datur medium, quia nihil est in tota rerum natura, quod non cadat in alterutrum membrum Entis & non Entis: *Hominis, & non hominis.* Est autem *contradictio vel Expressa: vel Implicita: Expressa est*, cuius alterutri membro expressè particula negandi additur. v. g. Ens non Ens: Homo non homo: *Implicita verò est*, cum omisâ negationis notâ alterum membrum per alterum exercitur. *Vocatur aliàs contradictio in adjecto, ut: Sacrificium incru-*

mentum, Ecce
manet, non
adhibet. si
tamen. Carenda
sunt autem la
p. in contradic
et illis contra
p. Si enim
aliqua. Quom
non intelligant m
as in d. asserent
fundamentales.
tamen, tunc per b
lucens: Corp
quid sit, habere
certum, quod h
beti non possit, q
nem, ordinem
um consequens e

IX
P. u. s. quadri
Natura, 3

Ac primo qu
Unde aliquid
s. (animata)
homo prior est
Socrum, 2
Voluntate
mentia uvert
te cum effect
tantur, ita,

: quod tamen
 telligendum :
 inarius ex cau
 tra ordinatio
 mos cæcos,
 (seu priv
 s cause sunt
 esse possunt :
 r regressus ad
 is ad vigiliam
 E M A
 ens non
 nunciaciones :
 r ὡς κατὰ φασιν
 o, non homo
 Inter duo contra
 contradictiona
 m & frigidum
 neq; calidus,
 ipationis extre
 ore, partim de
 dens & cæcum
 pationis extre
 patrem & filium
 d neq; pater, ne
 datur median
 on cadat in alter
 inis, & non
 plicita : Expres
 ala negandi ad
 Implicita verò
 embrum per
 djecto, ut : Sac

cruentum, Ecclesia Catholica Romana : quod enim Ro-
 manum est, non est Catholicum : Sic contradictionem in
 djecto habet. si quis dicat : Ignem frigidum, atramentum
 ubrum. Cavendum tamen heic imprimis, ne in rebus mysticis, vbi ad-
 uc multa nos latent, per quasvis consequentias, humana ratione exco-
 itatas, contradictiones fingamus, quod Calvinianis admodum famili-
 are. Illis contradictio est dicere : Corpus CHRISTI omni-
 præsens. Si enim ubiq; est, non est dimensum seu corpus,
 colligunt. Quomodo verò hoc rectè possunt colligere, cum
 non intelligant modum seu rationem omnipræsentiæ : Si
 nos illud assereremus, quod CHRISTI corpus non haberet
 suas dimensiones, longitudinem, latitudinem, & profundi-
 tatem, tunc per bonam consequentiam posset inferre, quod
 diceremus : Corpus CHRISTI non esse corpus, quia notum
 est, quid sit, habere suas dimensiones, & esse corpus : adeoq;
 certum, quod hæc indissolubili nexu inter se cohæreant, ut
 fieri non possit, quin neget corpus, qui ei neget longitudi-
 nem, latitudinem & profunditatem : Est enim hoc propri-
 um consequens essentiam hominis.

IX. THEOREMA.

PRIUS quadrifariam dicitur : *I. Tempore. 2. II. PRIUS,*
Natura. 3. Ordine. 4. Dignitate.

Ac primò quidem *πρῶτον* seu prius **TEMPORE** κατὰ τὸν χρό-
 νον : Unde aliquid *πρεσβύτερον* (animata nimirum) vel *παλαι-
 ὄτερον* (inanimata) dicitur, explicante Damasceno *Dial. c. 59.* Sic
 Adamus prior est Noacho : Diluvium antiquius incendio
 Sodomitarum. *2. NATURA*, κατὰ τὴν φύσιν : *idè dupliciter :*
Vel enim ἀντιζέφει κατὰ τὴν τῆ εἶναι ἀκολέθησιν, existendi conse-
 quentia convertitur, qualis est comparatio causæ proxi-
 mæ cum effectu : Sic licet rationale & risibile con-
 vertantur, ita, ut vno positò, necessariò ponatur &

1. Tempore

2. Natura.
διχῶς ;
I.

2..

3. Ordine.

Huc refertur
1. Prius cognitione.

2. Prius analogicum.

4. Dignitate.

1. Obj.
Resp.

2. Obj.

Resp.

alterum, & contrâ: Secundum naturam tamen rationalitas prior est risibilitate, cum hæc sit illius effectus: vel καὶ ἀντιστρέφει; sic animal secundum prius est homine, licet posito animali non statim ponatur homo. Et cum natura dupliciter consideretur, vel ut operans, vel ut appetens, l. 7. Met. §. 19 39. l. 7. Φυσ. l. 3. de an. PRIUS secundum naturam iterum duplex est: aliud ordine naturæ generantis: aliud ordine naturæ intendentis. Sic v. g. Domus prior est civitate ordine naturæ generantis, & civitas prior est domo ordine naturæ intendentis. Sic ovum est prius naturâ pullo, ordine naturæ generantis, sed pullus prior est ovo ordine naturæ intendentis. 3. ORDINE κατὰ τὴν τάξιν, cum propter partium ordinem (quæ est vel in rebus Naturalibus, vel Artificialibus, & Intelligentiæ subjectis.) vnum prius altero esse dicitur: Sic literæ priores sunt syllabis, syllabæ dictionibus, dictiones orationibus: Huc refertur etiam potest prius cognitione & analogia: Prius cognitione est, quod ante alias aptum est cognosci. Est q; vel cognitione sensuali (κατὰ τὴν αἰσθητικὴν Aristoteles de Met. c. 31. 7.) qua effectus priores sunt causis, & singulare vniuersalibus: vel cognitione intellectuali & distincta (κατὰ τὸν λόγον) qua causa est prior cognitione effectui, & vniuersalia singularibus. Prius analogicum est, quod habet locum in personis Trinitatis, vbi Pater Filio, & Filius Spiritu sancto prior dicitur non prioritate essentia seu temporis, sed prioritate ordinis Personalis: 4. καὶ ἀξίαν DIGNITATE: τὸ βέλτιον καὶ τιμιώτερον, quod melius & præstantius est, ut: Virtus divitijs. Sed hic modus, Aristotelis iudicio, σχεδὸν ἀλλοτριώτατος, qui verè non fundatur in rebus, sed in existimatione hominum, ut rationem reddit Ammonius. Objcis 1. At Philosophus l. 8. Φυσ. ἀρε. c. 3. tres tantum prioris modos recenset, Resp. Nullius inconstantiæ hac de re accusandus est Aristoteles. Hec enim tantum docet, quot modis prius dicatur: Illic verò quot modis vnum Ens revera altero prius sit: Et ob id significationes assumpsit prioris, quot suo usui erant convenientes. Objc. 2. Quot modis vnum oppositorum dicitur, tot etiam alterum. Atqui prius & simul sunt opposita. F. quot sunt modi prioris, tot etiam vocis Simul. Resp. Hoc argumentum quidem probat plures esse modos vocis Simul: Sed non probat, omnes esse numerandos. Sufficiebat

ficitur max
his ambiguit
Naturâ
1. 79
generatio
sunt Angel
eodemq; tempo
nos fuerunt sim
pne aut dicitur
ta tamen ut vni
relatum: Marit
nere procedunt
pne contra dist
tuo iuncta, ide
ga tholophus
X
Motus Specie
Augmen
tus loca
Græce
vniuersa t
pne: vel form
positum (st e
um habet i
n sui certum
a Substantia:
Qualitate: re
viam in nullo esse

ficiebat maximè usitatos retinuisse, ut innotesceret hinc no-
bis ambiguitas.

X. THEOREMA.

SIMUL tribus modis dicitur : 1. **Tempore.** 2. **III. SIMVL.**
Naturâ. 3. **Constitutione.**

1. τῷ χρόνῳ **Tempore** : ὅν ἡ γένεσις ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ quo-
rum generatio in vno eodemq; tempore contingit : sic si-
mul sunt Angeli : sic rationale & risibile simul sunt, quia uno
eodemq; tempore nascuntur. Sic Hieronymus & Augusti-
nus fuerunt simul, quia σύγχρονοι. 2. τῇ φύσει **naturâ** : ὅν μὴδα-
μῶς αἰτιῶν δατέρων δατέρῳ τὸ εἶναι ἐστὶ, ubi est mutua reciprocatio,
ita tamen ut vnum non sit alterius causa, ut Relatum & Cor-
relatum : Maritus, Uxor. 3. **Constitutione**, quæ ex eodem ge-
nere prodeuntia, à diverso invicem dividuntur, ut : ἀντιδιηρη-
μένα contra distincta h. e. species & differentia, quæ sibi mu-
tuò junctæ, idem genus immediatum partiuntur. *Hinc colligi-
git Philosophus: Genera semper priora esse suis speciebus.*

1. **Tempore**

2. **Naturâ**

3. **Constitutione.**

XI. THEOREMA.

Motus species sex sunt : **Generatio** : **Corruptio** : **IV. MOTVS**
Augmentatio : **Diminutio** : **Alteratio** : **Mo-**
tus localis.

Græcè dicuntur : γένεσις ; φθορά ; ἀύξησης ; μείωσις : ἀλ-
λίωσις ἢ κατὰ τὸ πῶς μεταβιλή. Consideratur autem motus vel ma-
terialiter : vel formaliter. Sin formaliter, ad actionem simul &
palsionem (est enim utraq;) reducitur : Sin materialiter, lo-
cum heic habet illud : Omnis motus reducitur ad categori-
am sui termini. Generatio est substantiæ. Ergò in catego-
ria Substantiæ : Alteratio est ad qualitatem : ipsa proinde
in Qualitate ; reductivè tamen. Unde liquet, Motum generaliter
dictum in nullo esse prædicamento : Specialiter verò ad plures reduci.

B ij

Obj.

Obj.
Resp.

Obj. At Philosophus l. 5. φυσ. ακρ. quatuor saltem species recenset. Resp. Philosophus eas hic, ut & 3. φυσ. solummodo recenset: At in 8. l. φυσ. ἀκριβῶς de iisdem tractat; ubi ostendit generationem & corruptionem esse μεταβολὰς mutationem, non verò κινήσεις, quia in omni motu idem sit & maneat subjectum ante & post motum: At in generatione & corruptione subjecta non manent. Quomodo verò hæ species inter se distinguantur, prolixè docet Philosophus. Illud tantum notabimus, quando Aristoteles hic dicit, quòd quies contraria sit motui in communi, eum contrarietatem latissimè sumere pro privatione, ut fecit l. 5. φυσ. ἀκρ.

XII. THEOREMA.

V. HABERE. Τὸ ἔχειν Habere octo dicitur modis.

1. ἔχειν τὴν σοφίαν, ut: Aristoteles habet prudentiam. 2. ὡς τὸ ποσὸν, ut: habere magnam staturam. 3. ὡς τὰ περὶ τὸ σῶμα, ut veste. 4. ὡς ἐν μορίῳ ut annulum in digito. 5. ὡς μέγεθος, ut habere manus. 6. ὡς ἐν ἀγγείῳ ut vinum in dolio. 7. ὡς κλῆμα, ut habere agrum. 8. ὁ ἀνὴρ γυναῖκα ἔχειν, καὶ ἡ γυνὴ ἄνδρα: qui ultimus modus est ἀλλοτριώτατος, quia vir non dicitur habere uxorem, nisi qui licitè cohabitet in legitimo matrimonio. *Hæc etiam de hypothetijs Categoriarum sunt.*

F I N I S.





Macte bonis Elrice minis, mera adorea Phæbi
Et proles Charitum, Corycidumq; decus.
Perge via stata cepta; atq; emetire Sophiæ
Tramite septuplici concamerata cycla.
Ordia sat bona sunt, Logicæ dum gnæviter artis
Ductrices normas ingeniosus adis.
Post tibi naturis cæcis Physis, ipsaq; Morum
Ars reatrix, liquidum suppediabit iter.
Ingenioq; tuo atq; tui genij indole rarâ
Musarum laus & fama superstes eris.
Technosyne ipsa, Novensilium & Pater ipse bra-
Perpete de lauru ferta tibi alma suent (beuta
Gratiolæq; tibi assurgent applausibus istis:
Vive ô spes nostri flos & alumne chori.

F. tumultuariò

Balthasar Coppius Lauchensis.

Περσφά-

Προσφώνσις ad Dn. Respondentem.

PRæ reliquis Logicam dum tractas artibus artem
Affulget studijs *LUX* bene clara tuis.
Tempora non aliter poteras cum laude locare
Ad Musas ut sit sat via aperta tibi.
Discutit hæc tenebras, errores detegit, atq,
Est nobis instar fili, Ariadna, tui.
Perge igitur Logicam tractare fideliter : Inde
Diceris studijs consuluisse tuis.

Deproperabat Lipsiæ

Christianus Dorsius Sangerhusanus
opt. art. Studiosus.



Op. var. 87⁶

V
De

